

moram facit dñs meus uenire. & ceperit percutere **conservos** suos
 manducare autem & bibat cum ebriosis. uenit & dñs seruillius in
 die qua non sperat & hora qua ignorat. & diuidet eum. parte
 que eius ponet cum ypochritis, illic erit fluxus & stridor
 dentium; **T**unc simile erit regnum caelorum decem
 uirginibus. quae accipientes lampades suas. exierunt
 obuiam sponso & sponsae; quinque autem ex eis erant
 fatuae. & quinque prudentes; sed quinque fatuae. acceperat
 lampadibus; non sumpserunt oleum secum; prudentes uero
 acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus; moram
 autem faciente sponso. dormitauerunt omnes & dormie
 runt; media autem nocte clamor factus est. ecce sponsus
 uenit. exite obuiam ei; Tunc surrexerunt omnes uirgi
 nes illae. & ornauerunt lampades suas; fatuae autem
 sapientibus; dixerunt; date nobis de oleo uro. quia lampa
 des nostrae extinguntur. Responderunt prudentes dicen
 tes; ne forte non sufficiat nobis & uobis. ne potius aduen
 dentes & emite uobis; Dum autem irent emere. uenit
 sponsus; & quae paratae erant. intrauerunt cum eo ad
 nuptias; & clausa est ianua; nouissime uero. ueniunt
 & reliquae uirgines dicentes; dñe. dñe. aperis nobis;
 At ille respondens ait; amen dico uobis. nescio uos;
 Vigilate itaq; quia nescitis diem. neq; horam; **S**icut enim
 homo per egre proficiscens. uocauit seruos suos. & tradi
 dit illis bona sua; **E**t unidedit quinque talenta. alii autē
 duo. alii uero unum; unicuique secundū propriam iustitiam.
 & profectus est statim; Abiit autē qui quinque talenta acce
 perat. & operatus est meis. & lucratus est alia quinque;
 Similiter qui duo acceperat. lucratus est alia duo; Qui
 autem unum acceperat. abiens fodit in terra. & abscondit

ccxxviii

ccxxviii

ccxxviii

ccxxviii

ccxxviii